

DRŽAVNO TOŽILŠTVO v LJUBLJANI
1931.

LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST

Leto 1931.

Ljubljana, 13. junija 1931.

Štev. 5.

33.

Okrožnica „Casti connubii“ papeža Pija XI. o krščanskem zakonu.

(Konec.)

Verum, vel optima per Ecclesiam institutio sola non sufficit, ut matrimonii ad legem Dei conformatio rursus habeatur; quamvis enim coniuges de christiano matrimonio doctrinam calleant, accedat tamen oportet ex parte eorum firmissima voluntas sanctas Dei et naturae de matrimonio leges servandi. Quidquid tandem verbo et scripto asseri et propagari velit, firmiter constanterque coniugibus sanctum ac sollemne esto: in omnibus quae ad matrimonium pertinent, sine ulla haesitatione Dei mandatis stare se velle: mutuo caritatis auxilio semper praestando, castitatis fide servanda, vinculi firmitate numquam viclanda, iuribus per coniugium acquisitis non nisi christiane semper et moderate adhibendis, primo praesertim coniugii tempore, ut, si quando postea rerum adiuncta continentiam postularint, uterque iam assuetus continere, facillime negotio, se queat.

Magnopere autem ipsos, ut hanc firmam voluntatem concipiant, retineant atque executioni mandent, iuvabit frequens sui status consideratio atque operosa recepti Sacramenti memoria. Meminerint assidue, se ad sui status officia et dignitatem peculiari veluti consecratos et roboratos esse Sacramento, cuius efficax virtus, quamquam characterem non imprimit, perpetuo tamen perseverat. Meditentur idcirco haec Sancti Cardinalis Roberti Bellarmino verba, solidi profecto solatii plena, qui cum aliis magnae notae theologis ita pie sentit et scribit: »Coniugii Sacramentum duobus modis considerari potest: uno modo, dum fit; altero modo, dum permanet postquam factum est. Est enim Sacramentum simile Eucharistiae, quae non solum dum fit, sed etiam dum permanet, Sacramentum est; dum enim coniuges vivunt, semper eorum societas Sacramentum est Christi ex Ecclesiae.«⁸⁵

Verum ut huius Sacramenti gratia vim suam totam exserat, coniugum opera, prout iam monuimus, accedere debet, eaque in hoc esse, ut, quantum contentione possunt, in officiis implendis suis studiose elaborent. Quemadmodum enim in naturae ordine, ut vires a Deo datae plenam suam edant efficacitatem, eae ab hominibus proprio labore atque industria adhibendae sunt, quod si negligatur, nihil inde emolumenti colligitur; ita etiam vires gratiae, quae ex Sacramento in animum profluxere ibique manent, ab hominibus proprio studio et labore exercendae sunt. Nolint ergo coniuges Sacramenti gratiam negligere, quae in ipsis est;⁸⁶ sed sedulam officiorum suorum observationem quamvis laboriosam aggressi, ipsam illius gratiae vim efficacem in dies experientur. Et si quando condicionis suae vitaeque laboribus

⁸⁵ S. Rob. Bellarmino, De controversiis, tom. III, De Matr., controvers. II, cap. 6.

⁸⁶ Cfr. I. Tim., IV, 14.

gravius se premi sentiant, ne animos despondeant, sed sibi quodammodo dictum existiment id quod Timotheo discipulo carissimo, laboribus et contumeliis vix non deiecto, S. Paulus Apostolus de Ordinis Sacramento scribebat: »Admoneo te ut resuscites gratiam Dei quae est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris sed virtutis et dilectionis et sobrietatis.«⁸⁷

Sed haec omnia, Venerabiles Fratres, magnam partem a debita coniugum pendent tam remota quam proxima ad matrimonium praeparatione. Illud enim negari non potest, felicitis coniugii firmum fundamentum, et infelicitis ruinam, iam pueritiae et iuventutis tempore in puerorum puellarumque animis instrui ac poni. Nam qui ante coniugium in omnibus seipsos et sua quaesiere, qui suis cupiditatibus indulgebant, timendum est, ne iidem in matrimonio tales futuri sint quales ante matrimonium fuerint; item id tandem metere debeant quod seminaverint⁸⁸ intra domesticos nimirum parietes tristitiam, luctum, despectum mutuum, rixas, animi simultates, vitae communis taedium — neve, quod maximum est, seipsos cum suis indomitis cupiditatibus inveniant.

Bene igitur animati paratique, sponsi ad statum coniugii ineundum accedant, ut possint ea qua par est ope se mutuo iuvare in adversis vitae vicibus subeundis, multoque magis in aeterna salute procuranda et in interiore homine ad plenitudinem aetatis Christi⁸⁹ conformando. Id etiam eo conferret, ut ipsi dilectae suboli tales revera sese praebeant quales Deus voluit parentes praestare se proli: ita videlicet ut pater vere pater sit, mater vera sit mater; per quorum pium amorem assiduasque curas, domestica sedes, etiam in magna rerum inopia mediaque in hac lacrimarum valle, evadat liberis quoddam illius iucundi paradisi vestigium, in quo primos homines Creator generis humani collocavit. Hinc etiam sequetur ut filios facilius efficiant perfectos homines perfectosque christianos, eos genuino Ecclesiae Catholicae sensu imbuant, iisdemque nobilem, illam erga patriam caritatem iniciant, ad quam pietatis gratique animi causâ tenemur.

Itaque, tam illi, qui iam de sancto hoc connubio aliquando ineundo cogitant, quam qui iuventutis christianae educandae curam habent, haec tanti faciant, ut bona praeparent, mala praecaveant, memoriamque renovent eorum quae in Nostris de educatione Litteris Encyclicis monuimus: »A pueritia igitur voluntatis inclinationes, si pravae, cohibendae, sin autem bonae, promovendae sunt, ac praesertim puerorum mens imbuatur doctrinis a Deo profectis et animus divinae gratiae auxiliis roboretur oportet, quae si defuerint, nec suis quisque moderari cupiditatibus poterit neque ad absolutionem perfectinamque disciplina atque informatio ad Ecclesia adduci, quam ideo Christus caelestibus doctrinis ac divinis Sacramentis instruxit, ut efficax omnium hominum esset magistra.«⁹⁰

Ad proximam vero boni matrimonii praeparationem maximopere pertinet eligendi coniugis studium; nam plurimum inde pendent utrum matrimonium felix futurum sit necne, cum alter coniux alteri aut magno adiutorio ad vitam christiano modo in coniugio ducendam, aut magno periculo atque impedimento esse queat. Ne ergo inconsultae electionis poenas per totam vitam luere debeant, maturam sponsi deliberationem instituant antequam personam seligant, quacum deinde perpetuo sibi degendum erit; in hac vero deliberatione in primis rationem habeant Dei veraeque Christi religionis, deinde sui ipsius, alterius sponsi, futurae prolis bono consulant itemque societatis humanae et civilis, quae ex connubio tamquam ex suo fonte oritur. Petant sedulo divinum auxilium, ut eligant secundum christianam prudentiam, minime vero caeco et indomito

⁸⁷ II Tim., I. 6—7.

⁸⁸ Cfr. Gal., VI, 9.

⁸⁹ Cfr. Eph., IV, 13.

⁹⁰ Litt. Encycl. Divini illius Magistri, 31 Dec. 1929.

cupiditatis impetu neque solo lucri desiderio aliove minus nobili impulsu ducti, sed vero rectoque amore et sincero erga futurum coniugem affectu; praeterea eos fines in matrimonio quaerant propter quos illud est a Deo constitutum. Neque omittant denique, de eligendo altero coniuge prudens parentum consilium exquirere, illudque haud parvi faciant, ut, eorum maturiore humanarum rerum cognitione et usu, perniciosum hac in re errorem praecaveant et divinam quarti mandati benedictionem, matrimonium inituri, copiosius assequantur: »Honora patrem tuum et matrem tuam (quod est mandatum primum in promissione), ut bene sit tibi, et sis longaeuus super terram.«⁹¹

Et quoniam non raro perfecta mandatorum Dei observatio et coniugii honestas graves inde patiantur difficultates, quod coniuges rei familiaris angustiis et magna bonorum temporalium penuria premantur, eorum necessitatibus, meliore qua fieri potest ratione, subveniendum profecto est.

Atque in primis est illud omni contentione enitendum ut, id quod iam sapientissime decessor Noster Leo XIII decreverat,⁹² in Societate civili rationes oeconomicae et sociales ita constituentur, ut omnes patresfamilias sibi, uxori, filiis pro dignitate et loco alendis necessaria mereri ac lucrari possint: »dignus est enim operarius mercede sua.«⁹³ Hanc negare aut aequo minorem facere gravis iniustitia est et a Sacris Litteris inter maxima ponitur peccata;⁹⁴ neque fas est mercedes statui tam tenues, quae, pro rerum condicionibus, alendae familiae sint impares.

Curandum tamen est, ut vel ipsi coniuges, idque iam diu ante quam matrimonium ineant, futurae incommoda necessitatesque vitae praevertere aut saltem minuere studeant, et quomodo id efficaci simul et honesto modo facere possint, a peritis edoceantur. Providendum etiam ut, si sibi ipsi unis non sufficiunt, coniuncta similium opera conditisque privatis aut publicis sodaliciis, vitae necessitatibus succurrant.⁹⁵

Quando vero haec, quae diximus, familiae, praesertim si grandior sit aut minus valeat, sumptus aequare non possunt, amor proximi christianus requirit omnino, ut ea quae desunt indigentibus christiana compenset caritas, ut divites praecipue tenuioribus opitulentur, neve qui superflua habent bona in vanos sumptus impendant aut prorsus dissipent, sed in sospitandam vitam et valetudinem eorum convertant, qui etiam necessariis carent. Qui Christo in pauperibus de suo dederint, ii a Domino, cum venerit iudicare saeculum, uberrimam recipient mercedem; qui contra fecerint, suas poenas luent.⁹⁶ Non enim frustra monet Apostolus: »Qui habuerit substantiam huius mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo; quomodo caritas Dei manet in eo?«⁹⁷

Quod si privata subsidia satis non sunt, auctoritatis publicae est supplere impares privatorum vires in re praesertim tanti momenti ad bonum commune, quanti est familiarum et coniugum condicio hominibus digna. Si enim familiis, iis in primis quibus est copiosa proles, apta desunt domicilia; si laboris victusque acquirendi occasionem vir nancisci nequit; si ad quotidianos usus nisi exaggeratis pretiis res emi non possunt; si etiam materfamilias, haud exiguo domesticae rei nocumento, necessitate et onere premitur pecuniae proprio labore lucrandae; si eadem in ordinariis vel etiam extraordinariis maternitatis laboribus, convenienti victu, medicamentis, ope periti medici

⁹¹ Ephes., VI, 2—3; cfr. Exod., XX, 12.

⁹² Litt. Encycl. Rerum Novarum, 15 Maii 1891.

⁹³ Luc., X, 7.

⁹⁴ Cfr. Deut., XXIV, 14, 15.

⁹⁵ Cfr. Leo XIII, Litt. Encycl. Rerum Novarum, 15 Maii 1891.

⁹⁶ Math., XXV, 34 sqq.

⁹⁷ I Io., III, 17.

aliisque id genus caret: nemo non videt, si quidem coniuges animo deficiant, quam difficilis eis reddatur convictus domesticus et mandatorum Dei observatio, praetereaque quantum discriminis securitati publicae et saluti vitaeque ipsius civilis societatis inde obvenire queat, si tales homines eo desperationis redigantur, ut, cum iam nihil habeant quod sibi timeant aufe-
rendum, multa se fortasse assecuturos sperare audeant ex reipublicae rerumque omnium perturbatione.

Quapropter qui curam rei publicae et boni communis habent, tales coniugum familiarumque necessitates negligere non possunt, quin grave civitati et bono communi nocumentum afferant; in legibus igitur ferendis et in publicis expensis statuendis huic egenarum familiarum inopiae sublevandae sic prospiciant, ut eiusmodi curam inter praecipuas suae potestatis partes habeant.

Quo in genere non sine maerore animadvertimus, id nunc haud raro evenire, ut, recto ordine inverso, matri prolique illegitimae (cui ecquidem, etiam ad praecavenda maiora mala, succurrendum est) facile admodum suppeditetur praesens copiosumque subsidium, quod legitimae aut denegetur aut parce sic concedatur ut quasi ab invitis videatur extortum.

Sed non solum, Venerabiles Fratres, auctoritatis publicae plurimum interest, in his quae temporalia bona sunt, matrimonium familiamque bene constitui, sed in iis etiam, quae bona animarum propria sunt dicenda: leges videlicet ferri iustas et servari fideliter, quae ad castitatis fidem et mutuam coniugum auxilium pertineant, propterea quod, historia teste, salus reipublicae et temporalis civium felicitas tuta esse et salva manere non potest, ubi fundamentum, quo ipsa innititur, rectus scilicet morum ordo, labefactetur et, vitio civium, obstruatur fons, ex quo civitas gignitur, matrimonium nimirum et familia.

Ordini autem morali servando, neque externae civitatis vires et poenae sufficiunt nec virtutis pulchritudo et necessitas hominibus proposita, sed accedat oportet auctoritas religiosa quae mentem veritate illustret, voluntatem dirigat et humanam fragilitatem divinae gratiae auxiliis confirmet, quaeque sola est Ecclesia a Christo Domino instituta. Quapropter ad concordiam et amicitiam cum hac Christi Ecclesia ineundam firmandamque omnes, qui supremam civilem potestatem habent, vehementer in Domino hortamur, ut consociata utriusque potestatis opera et diligentia, immania propulsentur damna, quae, ex irruentibus in matrimonium et familiam proccacibus libertatibus, tam Ecclesiae quam ipsi civili societati impendent.

Summopere enim gravissimo huic Ecclesiae officio leges civiles favere possunt, si in praeceptis dandis rationem habeant eorum, quae lege divina et ecclesiastica statuta sunt, et poenis animadvertant in eos qui peccaverint. Nam non desunt qui, quod leges civitatis permittunt aut certe poenis non prosequuntur, id quoque aut sibi secundum moralem legem licere putent, aut, vel conscientia renitente, id opere exsequantur, quia nec Deum timeant nec ab hominum legibus quidquam sibi metuendum cernant; unde haud raro sibi ipsi et aliis bene multis pariunt ruinam.

Nec vero civitatis iuribus et integritati, ex hac cum Ecclesia consociatione, quidquam aut periculi aut deminutionis accidet, inanis est enim et vana omnis eiusmodi suspicio et timor: quod iam Leo XIII luculenter ostenderat: »Nemo autem dubitat, inquit, quin Ecclesiae conditor Iesus Christus potestatem sacram voluerit esse a civili distinctam, et ad suas utramque res agendas liberam atque expeditam; hoc tamen adiuncto, quod utrique expedit, et quod interest omnium hominum, ut coniunctio inter eas et concordia intercederet... Si cum sacra Ecclesiae potestate civilis auctoritas amice congruat magna utrique necesse est fiat utilitatis accessio. Alterius enim amplificatur dignitas, et religione prae-

eunte, numquam erit non iustum imperium: alteri vero adiumenta tutelae et defensionis in publicum fidelium bonum suppediantur.⁹⁸

Atque ita, ut recens clarumque exemplum afferamus, secundum rectum ordinem et secundum Christi legem id prorsus evenit, quod, in sollemni Conventione inter Sanctam Sedem et Italiae Regnum feliciter inita, etiam quod ad matrimonia attineret, pacifica quaedam compositio et amica actio statuta est, ut gloriosam decebat Italicae gentis historiam ac vetustas eius sacrasque memorias. Et sane, haec in Lateranensibus Pactionibus decreta leguntur: »Civitas Italica, matrimonii instituto, quod est familiae fundamentum, eam dignitatem restituere volens, quae populi sui traditionibus congruat, Sacramento matrimonii, quod iure canonico regitur, effectus civiles agnoscit;⁹⁹ cui normae ac fundamento ulteriora dein sociatae conventionis capita adiecta sunt.

Ea res omnibus exemplo esse potest et argumento, hac etiam nostra aetate (qua, pro dolor, civilis auctoritatis plenissima ab Ecclesia, immo vero ab omni religione separatio tam saepe praedicatur), posse alteram supremam potestatem cum altera sine ullo alterutrius iurium summaeque potestatis detrimento, mutua concordia et amico foedere, ad commune societatis utriusque bonum, coniungi et sociari, curamque de matrimonio ab utraque potestate haberi posse communem, qua pernicioosa pericula, immo vero ruina iam imminens a coniugiis christianis procul arceantur.

Quae omnia, Venerabiles Fratres, vobiscum, pastoralis sollicitudine permoti, attente perpendimus, ea inter universos dilectos filios vestris curis proxime commissos, quotquot sunt e magna Christi familia, secundum christianae prudentiae normam, large evulgentur atque illustrentur velimus, ut sanam de matrimonio doctrinam omnes plene noscant itemque pericula ab errorum praeconibus parata sedulo caveant, et maxime »ut, abnegantes impietatem et saecularia desideria, sobrie et iuste et pie vivant in hoc saeculo, expectantes beatam spem et adventum gloriae magni Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi.¹⁰⁰

Faxit ergo omnipotens Pater, »ex quo omnis paternitas in caelis et in terra nominatur,¹⁰¹ qui debiles corroborat et infirmis timidisque animum adiecit; faxit Christus Dominus ac Redemptor, »venerabilium Sacramentorum institutor atque perfectior,¹⁰² qui matrimonium mysticam esse voluit effecitque imaginem suae ineffabilis cum Ecclesia coniunctionis; faxit Sanctus Spiritus, Deus Caritas, lumen cordium et robur mentis, ut, quae hisce Nos litteris de sancto matrimonii Sacramento, de mira Dei circa illud lege et voluntate, de erroribus et periculis quae imminet, de remediis quibus possit illis occuri, exposuimus, mente omnes percipiant, prompta voluntate assumant; Deique gratia iuvante in usum traducant, ut inde rursus florescat et vigeat in matrimoniis christianis Deo dicata fecunditas, fides illibata, inconcussa firmitas, sacramenti sanctitas et gratiarum plenitudo.

Quod ut Deus, auctor omnium gratiarum, a quo est omne velle et perficere,¹⁰³ secundum suam benignitatem et omnipotentiam efficiat et largiri dignetur, dum enixas ad eius gratiae Thronum preces demisso animo admoveamus, eiusdem Omnipotentis Dei copiosae benedictionis pignus, vobis, Vene-

⁹⁸ Litt. Encycl., Arcanum., 10 Febr. 1880.

⁹⁹ Concord., Art. 34: Acta Apost. Sed. XXI (1929), pag. 290.

¹⁰⁰ Tit., II, 12—13.

¹⁰¹ Eph., III, 15.

¹⁰² Conc., Trident., sess. XXIV.

¹⁰³ Phil., II, 13.

rabiles Fratres, et clero populoque assiduis vigilantiae vestrae curis commisso Apostolicam Benedictionem peramenter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXXI mensis Decembris anno MDCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XI.

34.

De „educatione sexuali“ et de „eugenica“.

In Congregatione generali Sancti Officii habita feria IV, die 18 Martii 1931, propositis dubiis quae sequuntur:

I. An probari queat methodus, quam vocant, »educationis sexualis« vel etiam »initiationis sexualis«?

II. Quid sentiendum de theoria sic dicta »eugenica«, sive »positiva« sive »negativa«, deque indicatis ab ea mediis ad humanam progeniem in melius provehendam, posthabitis legibus seu naturalibus, seu divinis, seu ecclesiasticis ad matrimonium singulorumque iura spectantibus?

E.mi ac Rev.mi DD. Cardinales fidei morumque integritati tuendae praepositi, re diligenti examine discussa praehabitoque Rev.morum Patrum Consultorum suffragio, respondendum decreverunt:

Ad I. *Negative*: et servandam omnino in educatione iuventutis methodum ab Ecclesia sanctisque viris haecenus adhibitam et a Ss.mo Domino Nostro in Encyclicis Litteris »De christiana iuventae educatione« datis sub die 31 Decembris 1929 commendatam. Curandam scilicet imprimis plenam, firmam, nunquam intermissam iuventae utriusque sexus religiosam institutionem; excitanda in ea angelicae virtutis aestimationem, desiderium, amorem; eique summopere inculcandum ut instet orationi, Sacramentis Poenitentiae et Ss.mae Eucharistiae sit assidua, Beatam Virginem sanctae puritatis Matrem filiali devotione prosequatur eiusque protectioni totam se committat; periculosas lectiones, obscoena spectacula, improborum conversationem et quaslibet peccandi occasiones sedulo devitet.

Proinde nullo modo probari possunt quae ad novae methodi propugnationem, postremis hisce praesertim temporibus, etiam a nonnullis catholicis auctoribus, scripta sunt et in lucem edita.

Ad II. Eam esse omnino improbandam et habendam pro falsa et damnata, ut in Encyclicis Litteris de matrimonio christiano »Casti connubii« datis sub die 31 Decembris 1930.

(A. A. S. XXIII. [1931], pg. 118.)

35.

O rabi zvonov.

A. s. Congregatione Concilii die 20. Martii a. c. emanatum est sequens decretum, quod ab omnibus ecclesiarum rectoribus conscientiose servandum hic publicamus:

Decet omnino campanas consecratas vel benedictas, quas »cuilibet ecclesiae esse convenit, quibus fideles ad divina officia aliosque religionis actus invitentur«, ad eum tantummodo usum adhiberi, qui ab ecclesiastica auctoritate, »cui earum usus unice subest«, expresse est praescriptus, ad normam canonis 1169 §§ 1-3 Codicis iuris canonici.

Iamvero quae de legitimo campanarum sacrarum usu ecclesiastica auctoritas non semel, antea actis temporibus, statuerat, eadem ipsa redegit in memorato canone 1169, § 4 hisce verbis: »Salvis condicionibus, probante Ordinario, appositis ab illis qui campanam ecclesiae forte dederint, campana benedicta ad usus mere profanos adhiberi nequit, nisi ex causa necessitatis aut ex licentia Ordinarii aut denique ex legitima consuetudine«.

Porro ex relatis a nonnullis locorum Ordinariis constat, parochos et rectores ecclesiarum non deesse, qui, Ordinariis suis inconsultis, vel proclives omnino sese praebeant, vel facile sinant, ut campanae suae ecclesiae ad usus mere profanos seu civiles adhibeantur.

Quare ad omne, si quod esse possit, dubium in re amovendum et ad abusus compescendos, haec Sacra Congregatio Concilii praescriptum eiusdem canonis 1160 § 4 in mentem revocandum eiusdemque observantiam urgendam esse censet.

Praesenti itaque decreto mandat parochis aliisque ecclesiarum rectoribus ut ipsi campanarum sacrarum usum in suis ecclesiis ad normam Codicis iuris canonici adamussim moderentur, requisita etiam tempestive et habita proprii Ordinarii licentia, si, gravi ex causa, sacrae in usum non stricte religiosum sint quandoque adhibendae.

(A. A. S. XXIII. [1931], pg. 129.)

Odpustek križevega pota za bolnike.

Sv. apost. penitenciarija je dne 25. marca 1931 izdala sledeći odlok:

Devotam Passionis Ss.mi D. N. I. C. recordationem per pium, quod vocant, exercitium *Viae Crucis* maximi infirmis esse solaminis, qui spiritali eorum adsistentiae dant operam unanimiter testificantur. Ad excitandos igitur ad tam salutarem praxim eos quocumque qui a praefato pio exercitio regulariter peragendo aegritudine impediuntur, Ss.mus D. N. Pius Pp. XI, instante infrascripto Cardinali Maiore Poententiario, in audientia diei 20 currentis mensis, benigne concedere dignatus est, ut infirmi qui pium exercitium *Viae Crucis* nec in forma ordinaria nec in forma statuta a Clemente XIV die 26 Ianuarii 1773, per recitationem scilicet viginti *Pater, Ave* et *Gloria*, absque gravi incommodo vel difficultate peragere valeant, omnes et singulas indulgentias, eidem pio exercitio quomodocumque annexas, lucrari possint vel osculando vel etiam tantum intuendo, cum affectu et animo contrito, in aliquem Crucifixum ad hoc benedictum, eis vel a sacerdote vel ab aliqua alia persona exhibitum, et recitando brevem aliquam orationem vel precem iaculatoriam in memoriam Passionis et mortis Iesu Christi Domini Nostri.

(A. A. S. XXIII. [1931], pg. 167.)

Cerkveno praznovanje državnih praznikov in šolske maše.

Op. 1932, str. 116.

I. Državni prazniki.

Z ozircm na zakon o praznikih z dne 27. septembra 1929 se določi za cerkveno praznovanje državnih praznikov naslednje:

1. Na rojstni dan Njegovega Veličanstva kralja dne 17. decembra je slovesna sveta maša z zahvalnico »Tebe Boga hvalimo« in z molitvijo za kralja. (Cerkveni molitvenik str. 221 in 365.)

2. Na dan ujedinenja 1. decembra se opravi svečana zahvalnica »Tebe Boga hvalimo« in molitev za kralja.

3. Na Vidov dan 28. junija je slovesna zadušnica (Missa Requiem ut in Anniversario defunctorum cum absolute ad tumbam). Če pride 28. junija na nedeljo, se opravi za Vidov dan nedeljska sveta maša brez absolucije ad tumbam. Če bi se pa zaradi nedelje praznovanje Vidovega dne prestavilo na soboto, 27. junija, se opravi slovesna zadušnica kakor po navadi.

Kjer je bila doslej 1. in 17. decembra in na Vidov dan posebna služba božja, katere so se udeleževali zlasti državni uradniki in vojaške oblasti, naj ostane tudi v prihodnje. K tej službi božji naj se vabijo zastopniki državnih oblasti, kakor je bilo to doslej v navadi. — Drugje zadostuje, da se ob omenjenih dneh v župnijski cerkvi opravi šolska maša in se k tej zastopniki civilnih in vojaških oblastev ter predstavniki občinskih oblastev v župniji povabijo ali pismeno ali z oznanilom časa šolske službe božje s prižnice, kakor je pač bilo že dosihmal običajno.

Po predpisu § 9 zakona o praznikih se morajo ob državnih praznikih, to je na rojstni dan Nj. Vel. kralja dne 17. decembra in na dan ujedinenja 1. decembra, izobešati državne zastave tudi na župnijskih cerkvah in župniščih, ker so zgradbe uprav javnopravnega značaja.

II. Šolske maše.

Ob državnih praznikih, v začetku in na koncu šolskega leta in morda še ob kaki drugi slovesni priliki imajo učenci narodnih, meščanskih in srednjih šol ter učiteljišč šolsko mašo.

Te šolske maše se na srednjih šolah in učiteljiščih kakor tudi na narodnih in meščanskih šolah s stalnim veroučiteljem vršijo kakor doslej.

Glede šolskih maš na meščanskih in narodnih šolah, kjer poučuje verouk veroučitelj-dušni pastir, se odreja sledeče:

1. Veroučitelj je dolžan to mašo opraviti ali poskrbeti, da jo opravi namesto njega kak drug duhovnik. Če bi morala biti tisti dan kaka druga maša n. pr. pri podružnici, ali pogrebna, ali zornična, ali kakršnakoli, naj se prestavi na kak drug dan, in če to ni mogoče, naj se opusti. Izvzeti so dnevi, ko so po liturgičnih predpisih s sveto mašo združeni posebni obredi, n. pr. križev teden.

2. Če bi se imela kdaj zgoraj omenjena šolska maša opraviti v nedeljo ali na praznik in mora veroučitelj imeti sv. mašo za župnijo, naj bo ta maša obenem šolska maša, če se ne začne pred 8. uro. Če se vrši navadna nedeljska služba božja pred 8. uro, naj se take dni preloži na poznejši čas, in če to ni mogoče, je dovoljeno veroučitelju binirati.

3. Čas za šolsko mašo naj se določi v sporazumu s šolskim upraviteljem. Če se sporazum ne doseže, naj se opravi šolska maša ob uri, ko se v tistem kraju začenja dopoldanski pouk.

4. Če je v župniji samo en dušni pastir, se opravi šolska maša za vse šole v župniji v župnijski cerkvi. Če je v župniji več aktivnih dušnih pastirjev, naj se poleg maše v župnijski cerkvi za šole, ki so od župnijske cerkve oddaljene, opravijo šolske maše v bližnjih podružnicah, če je bilo to doslej navada.

5. Pri šolskih mašah na državna praznika dne 1. in 17. decembra se zapoje ali moli zahvalnica »Tebe Boga hvalimo« in molitev za kralja. Kot šolska maša se tudi na Vidov dan opravi dnevna sv. maša brez absolucije ad tumbam.

6. Če šolski upravitelj sporoči veroučitelju, da se bo po šolski maši pela narodna himna, naj duhovnik po sveti maši ostane pri altarju do konca himne.

Šolska maša se takrat, ko praznuje šolska mladina spomin nekatoliškega svetnika, po cerkvenih predpisih ne more vršiti. Isto velja tudi za primer, da se praznuje svetnik, ki ga časti katoliška Cerkev, a se praznuje po nekatoliškem koledarju.

Vse dosedanje določbe glede verskih vaj in drugih šolskih maš na narodnih, meščanskih in srednjih šolah ter na učiteljiščih ostanejo v veljavi, dokler se ne izdajo nove določbe.

Odlok je vzela na znanje kr. banska uprava dravske banovine v Ljubljani z dopisom z dne 9. junija 1931, Pov. II/2. No. 1341/6.

Služba božja pri podružnicah in ekspoziturah.

Da bi se služba božja po vseh cerkvah v škofiji vršila v soglasju s kanoničnimi določili, se je škofijski ordinariat obrnil na sv. stolico, naj bi dovolila, da bi se nekatera cerkvena opravila, ki se po podružnicah in ekspoziturah opravljajo proti predpisom, smela vršiti naprej tako, kakor so se vršila doslej. Gre za blagoslov sveč na svečnico, pepela na pepelnico ter za obrede cvetne nedelje in velikega tedna. Blagoslov sveč na svečnico, pepela na pepelnico in oljk na cvetno nedeljo ni *functio parochie reservata*, zato se smejo ti blagoslovi vršiti tudi v cerkvah, ki niso župne; toda le na *slovesen* način, z asistenco diakona in subdiakona, kadar to veleva rimski misal. Enako se obredi velikega tedna smejo vršiti v vsaki cerkvi, kjer se stalno hrani sv. Rešnje Telo; toda v cerkvah, ki niso župne, se morajo tudi ti obredi vršiti *slovesno*, z asistenco, kakor ukazuje misal. Manj slovesen obred je za vse te funkcije dovoljen samo za župne cerkve, izvzemši one podružnice in ekspoziture, kjer je to stara navada, »*centenaria et immemorabilis consuetudo*«.

Sv. kongregacija obredov je z reskriptom z dne 28. marca 1931, št. L. 33/31, dovolila za pet let, da se smejo vse zgoraj naštetje funkcije v podružnicah in ekspoziturah, v katerih so se doslej opravljale, vršiti neslovesno, brez asistence, po *Memoriale Rituum papeža Benedikta XIII.* O tem so bili dotični župni oz. duhovnijski uradi obveščeni.

Božična polnočnica se sme po kan. 821, § 2, cerkvenega zakonika opraviti samo v župnih in konventnih cerkvah. Opraviti se sme tudi v onih

podružnicah in ekspoziturah, kjer je to stara navada, »centenaria et immemorabilis consuetudo«. Predstojništva cerkva, v katerih se božična polnočnica vrši proti določilom kanona, so bila opozorjena, naj potom škofijskega ordinariata vložijo prošnjo na sv. stolico, da bi se smela sv. maša opravljati tudi poslej.

Vnaprej se je strogo držati zgornjih določil. Župni uradi naj skrbno pazijo, da se glede službe božje na podružnicah in ekspoziturah poslej ne bi kaj spreminjalo ali na novo uvajalo. Za vsako kakršnokoli spremembo bi bilo treba utemeljene pismene prošnje na škof. ordinariat, ki bi se v slučaju potrebe obrnil na sv. stolico. Služba božja naj se natanko vrši po določilu v »Škofijskem listu« 1921, str. 85.

Redovne družine, ki nimajo posebnega dovoljenja sv. stolice, da se smejo zgoraj omenjena liturgična opravila opravljati v njihovih cerkvah ali kapelah preprosto, neslovesno, naj si to dovoljenje po svojih vrhovnih predstojnikih izposlušajo. Predstojništva se vabijo, da radi reda in evidence sporcče škofijskemu ordinariatu, kako je glede gornjih opravil urejeno po njihovih cerkvah in kapelah v ljubljanski škofiji.

39.

Razglas o sprejemu v škofijski zavod sv. Stanislava v Št. Vidu nad Ljubljano za šolsko leto 1931/32.

V zavodu sv. Stanislava v Št. Vidu nad Ljubljano je klasična gimnazija s pravico javnosti, kjer se poučuje latinščina od 1. do 8. razreda, grščina pa od 3. do 8. razreda in vsi drugi predmeti kakor na državnih klasičnih gimnazijah.

Pod isto streho kakor gimnazija je konvikt ali dijaško semenišče, kjer dobivajo dijaki vso oskrbo: zdravo stanovanje, zadostno in tečno hrano ter skrbno krščansko vzgojo pod nadzorstvom in vodstvom duhovnikov. Selošna sodba pa je, da je mladina ravno v današnjih razrvanih časih take skrbne vzgoje posebno potrebna.

Zavod ima tudi domačega hišnega zdravnika in domačo bolnišnico. Oboja postrežba: bolniška in zdravniška je brezplačna. Plačujejo se samo izredna zdravila.

V zavod se sprejemajo le telesno zdravi, nravno nepokvarjeni in dobro vzgojeni dečki, zakonski sinovi dobrih krščanskih staršev. Dovršiti morajo z odličnim ali vsaj s prav dobrim uspehom vsaj 4 razredno osnovno šolo. Pred vsem morajo imeti dovolj slovničnega znanja, brez katerega se ne morejo na gimnaziji uspešno učiti tujih jezikov. Torej morajo dobro znati sklanjati, spregati in stavkovo razčlenbo.

Sprejemajo se zlasti taki dečki, o katerih je upati, da se bodo po dovršenih gimnazijskih študijah posvetili duhovniškemu stanu. Prvi namen zavoda sv. Stanislava je namreč vzgoja duhovniškega naraščaja. Zato se daje vsem dijakom taka vzgoja, ki je primerna temu namenu, četudi se nihče ne sili, da bi moral iti v bogoslovje, ako nima za to veselja in poklica.

V smislu šolskih predpisov ne smejo biti oni dečki, ki vstopajo v prvi gimnazijski razred, mlajši kakor 10 in ne starejši kakor 13 let. —

Skušnja pa uči, da so 10 letni dečki splošno še negodni za gimnazijo, ker so ali telesno preslabotni ali preotročji ali pa imajo premalo potrebnega znanja. Najprimernejša starost za vstop na gimnazijo je 11 ali 12 let.

Prošnje (nekolikovane) za sprejem se naslove na škofijski ordinariat v Ljubljani. Prošnji se priloži še dečkov krstni list in zadnje šolsko izpričevalo. Vse te listine pa se ne pošiljajo po pošti na škofijski ordinariat, ampak jih morajo starši (oče in mati) ali njihovi namestniki prinesiti osebno k vodstvu v zavod sv. Stanislava in sicer tekom meseca julija. S seboj pripeljejo obenem dečka, za čigar sprejem prosijo, da ga vodstvo osebno spozna.

Letno plačilo se določa po izpričevalu in gmotnih razmerah dotične družine. Maksimalno plačilo za dečke iz ljubljanske škofije znaša letno šest tisoč dinarjev. Ubožnim prosilcem z odličnimi izpričevali se ta znesek primerno zniža. V naslednjih razredih se ravna plača pri ubožnih dijakih po njihovih šolskih uspehih, njihovem življenju in vedenju. Čim boljši je dijak, tem nižje je plačilo. To je torej najbolj odvisno od njega samega. Ubožnim, pridnim in pobožnim dijakom kmetiških in delavskih staršev se naklanjajo tudi stipendije in druge podpore, v kolikor so pač vodstvu na razpolago. Vsa druga pojasnila glede obleke, knjig itd. se dobe o priliki zglasitve v zavodu v Št. Vidu.

V drugi, tretji in četrti razred se sprejemajo samo dobri in pošteni dijaki s klasičnih gimnazij, z dobrimi izpričevali. Repetentje se ne sprejemajo. Tudi za te prosilce traja čas za priglasenje od 1. do 31. julija.¹

Vodstvo zavoda sv. Stanislava v Št. Vidu nad Ljubljano,

dne 1. junija 1931.

40.

Družba treznosti v l. 1930.

Od lanskega leta Družba treznosti ni dosti napredovala. Čeprav je ukazana za vsako župnijo, je vendar še niso vpeljali povsod. Tam, kjer je vpeljana, kaže vidne sadove. Po pravilih je namen Družbe treznosti ta, da vodi stalen, odločen boj zoper pijančevanje. Ta boj nam narekuje pamet in ukazuje peta božja zapoved; k temu boju nas priganja tudi prepričanje, da moremo vzgojiti in ohraniti zdrav in veren rod le s treznostjo. Kje je torej vzrok, da Družba treznosti še ni vpeljana v vsaki župniji? Edini vzrok utegne biti premajhna uvidevnost.

Sv. Oče nas kliče na delo za katoliško akcijo. K najuspešnejšim sredstvom katoliške akcije pa spada pri nas boj zoper pijančevanje. Ta boj se pa najučinkoviteje vrši, če odpravljamo priložnosti, ki napeljujejo k nezmerčnosti.

Na H o m e u pri Kamniku je Družba treznosti sklenila delovati zoper slabe navade: 1. zoper prežo ob svatovščinah, kjer se ponavadi preveč pije in so redne posledice pretepi ali celo poboji; 2. zoper pitje ob čuvanju pri mrličih v pozno noč ali pa celo do jutra. Tu ljudje večkrat opravljajo, obrekujejo, nespodobno govore, pijejo in se opivajo. Ne da bi molili za rajnega, žalijo Boga z neprimernim govorjenjem in vedenjem. Ali naj to

¹ Gg. dušnim pastirjem se naroča, da ta razglas preberejo vernikom s prižnice.

rajnemu pomaga? Zadnji čas, da se take navade čimprej odpravijo. Tretji sklep na Homcu je bil, naj se brezalkoholne pijače priporočajo in širijo. — Pospnemajmo!

Na vprašanje, ali smejo člani Družbe treznosti piti n. pr. ob poletnem delu sadni mošt (jabolčnik), odgovarjamo, da smejo, seveda zmerno, ker sadjavec redoma nima dosti alkohola v sebi, da bi se kdo od njega upijanil.

Praznik sv. Janeza Krstnika bodi vsem udom Družbe treznosti slovesen dan; pristopajo naj k sv. zakramentom, odmoliijo naj pet Očenašev, Zdravamarij in Čast bodi na namen sv. Očeta, da prejmejo popolni odpustek. Da se še bolj utrdijo v prepričanju, kako škodljiv je alkohol, naj se naroče na »Prerod«, ki zdaj zopet redno izhaja, in na »Mladega junaka«.

Razširjajte treznostno misel! Na delo!

Vodstvo.

41.

Vpisovanje rodbinskih imen v matice.

Kr. banska uprava dravske banovine v Ljubljani je z dopisom z dne 18. marca 1931 II. No. 5473/2 sporočila škofijskemu ordinariatu sledeče:

»Še danes, v drugem desetletju naše narodne države, se opaža vedno često žalosten pojav, da se imena nedvomno slovanskega porekla še vedno pišejo po načelih tujih jezikov, posebno nemškega in italijanskega.

V kolikor se to tiče odraslih oseb, ne obstoji zakonita možnost, da se prisilijo k rabi imen, pisanih v skladu našega jezika, temveč imajo po členu 26 in sl. zakona o imenih od 19. februarja 1929, Službene Novine št. 47/XXI. (Uradni list št. 110/26) le pravico zahtevati za svoje ime pravilnost odnosno popravek vpisa ali izpiska iz matičnih knjig, če se ne sklada s predpisi VI. poglavja tega zakona.

Drugače pa je, če gre za vpis rojstva v matične knjige. V tem slučaju se mora rodbinsko ime vpisati po členu 25 skladno s pravili srbskega, hrvatskega in slovenskega pravopisa, če tudi bi se po členu 23 imelo sicer vpisati po starem pravopisu ali ime srbskega, hrvatskega in slovenskega izvora zoper pravila navedenih pravopisov.

Če bi pa detetov oče odn. oče njegove nezakonske matere pred vodjo matičnih knjig pismeno ali pred dvema pričama ustno na zapisnik izjavil, da ne odstopa od vpisa rodbinskega imena točno po predpisih člena 23 tega zakona, se mora vzeti to izjavo v poštev, vendar pa samo ob dokazani činjenici, da se je vpisovalo rodbinsko ime dotičnega rodu v poslednjih 60 letih v rojstno matico tako, kakor zahteva oče.

Naslov vabimo, da na te predpise zakona o osebnih imenih opozori podrejene urade s pozivom, da jih striktno vpoštevajo in posebno izjemo od pravila § 25, 1. odstavka, ki je navedeno v predidčem odstavku tega razpisa in ki se doslovno vjema z besedilom § 25, 2. odstavek, kar naj doslovnejše izvajajo, to je da dopuščajo vpis rodbinskega imena le na zahtevo zakonskega očeta oziroma očeta nezakonske matere in nikogar drugega, da vpoštevajo le strogo po predpisu izdane izjave ter pri ugotavljanju 60 letne rabe rodbinskega imena, ki naj bi se vpisalo, le vpise v rojstno matico, ne pa tudi drugih dokumentov.«

Razpis objavlja škof. ordinarijat vsem voditeljem matice z naročilom, da se strogo po njem ravna.

Seznam zvonov v škofiji.

»Cecilijino društvo« za ljubljansko škofijo je poslalo škofijskemu ordinariatu sledečo prošnjo:

»Cecilijino društvo« za ljubljansko škofijo namerava sestaviti katalog vseh zvonov ljubljanske škofije.

Katalog zvonov se je že sestavil l. 1916. ob priliki odvetja cerkvenih zvonov v vojne namene. Ta katalog, ki ga je na podlagi poročil župnih uradov sestavil tedanji konservator dr. Gnirs, se hrani pri škofijskem ordinariatu.

Po vojni so dobile skoro vse cerkve v škofiji vse ali vsaj nekatere nove zvonove. Zato bi bil nov katalog iz več ozirov koristen.

V smislu sklepa v odborovi seji dne 4. marca t. l. prosimo zato, da blagovoli škofijski ordinariat naročiti vsem župnim uradom, da pošljejo sezname zvonov dotičnih župnij.

Seznam naj bi obsegal sledeče podatke zvonov vseh cerkva (kapel) v župniji:

1. Ime cerkve (kapele).
2. Velikost zvona (spodnji premer).
3. Teža.
4. Glas.
5. Leto vlitja in ime zvonarja.
6. Naslov posvetitve (komu na čast posvečen).
7. Napisi.
8. Figuralni okras (podobe svetnikov itd.).

Opomnja. Zvonovi iz bronā naj se označijo s črko »B«, zvonovi iz jekla s črko »J«.

Škofijski ordinariat naroča zato vsem župnim uradom, da pošljejo škofijskemu ordinariatu tozadevne sezname za svoje župnije. Tiskovine so priložene tej številki »Škofijskega lista«.

Subdelegacija za poroko.

Q. An possit parochus delegare vicarium cooperatorem ad adsistendum matrimonii cum facultate alios subdelegandi.

R. Non potest. *Juris autem dispositiones quoad adsistentiam matrimonii hisce continentur: Infra R. Pontificem, matrimoniis adsistere possunt, intra fines proprii territorii tantummodo loci Ordinarius, parochus vel sacerdos, quem, intra eosdem fines et ad matrimonium determinatum, Ordinarius vel parochus delegaverint. Soli vicarii cooperatores possunt habitualiter, idest semel pro semper, delegari (can. 1095 et 1096). Nulla proinde hac in re subdelegatio a iure admittitur.*

(Cf. Ius pontificium 1928, p. 112.)

Sprememba župnijskih mej.

Da se je ustreglo dolgoletni želji in utemeljenim prošnjam so se iz razlogov kan. 1427 § 2 z odlokom škof. ordinariata z dne 9. maja 1931, št. 2000 izločile vasi: Gornji Laknic (31 hiš), Spodnji Laknic (22 hiš), Srednji Laknic (17 hiš) in Sveti Vrh (30 hiš) iz župnije Trebelno in se priključile župniji Mokronog.

Spremembo je potrdila kr. banska uprava dravske banovine v Ljubljani z odlokom z dne 21. aprila 1931, II. No. 3293/5 na podlagi § 20 zakona z dne 7. maja 1874, drž. zad. št. 50.

Odlok je stopil v veljavo na binkoštno nedeljo, dne 24. maja 1931.

Duhovne vaje za duhovnike.

Skupne duhovne vaje za duhovnike bodo letos v Zavodu sv. Stanislava v št. Vidu nad Ljubljano od 20. do 24. julija. Vodil jih bo član Družbe Jezusove.

Gg. duhovniki, ki se želijo udeležiti teh duhovnih vaj, naj se priglasijo ali škof. ordinariatu ali naravnost vodstvu Zavoda sv. Stanislava.

Razne objave.

Uradne vloge. Kr. banska uprava dravske banovine v Ljubljani je z dopisom z dne 4. maja 1931, II. No. 12931/1 naprosila škof. ordinariat, naj župne urade opozori, da naj vlagajo vse svoje prošnje in vloge, naslovljene na kr. bansko upravo, edinole službenim potom, t. j. potom škof. ordinariata; vsaka vloga pa naj vsebuje samo en predmet, torej mora za vsako posamezno zadevo biti vložena posebna prošnja (glej čl. 30. zakona o obč. oprav. postopku). Pri imenovanju posameznih vasi ali župnij pa naj se vedno navede tudi politična občina in sresko načelstvo, v čigar območje spadajo ti kraji. — Župnim uradom se naroča, da se natančno ravnajo po zgornjem opozorilu.

Davčna oprostitev davčnih obvezancev z devet ali več otroki. Finančno ministrstvo je z odlokom z dne 9. marca 1931 št. 17051 izdalo navodilo, da je prošnje za oprostitev od davka kolkovati s 5 Din; rešitev o oprostitvi pa z 20 Din, če se prosilec izda formalna rešitev o oprostitvi. Prosilec mora prošnji priložiti enotno potrdilo za vso svojo deco, upoštevajoč pri tem vse rubrike matične oz. krstne knjige. Tako potrdilo je kolkovati po tar. post. 330 z 10 Din za vsakega izmed prvih treh otrok, za vsakega nadaljnjega otroka je potrdilo dokolkovati s 5 Din. To potrdilo ima izdati pristojni župnik (vodja matice), in ima v potrdilu posebej poudariti, da je prosilec sočasno imel devet (oziroma več) živih otrok. Če bi bilo nemogoče, da bi tako potrdilo izdal župni urad, je potrdilo zahtevati od

občinskega urada. Tudi občinsko potrdilo mora izrečno izjavljati, da je prosilec sočasno imel devet (oziroma več) živih otrok.

Vpis mrtvorojenih v rojstno in mrliško knjigo. Po odloku ministra za notranje zadeve z dne 31. jan. 1901, št. 30550 ex 1900 na namestništvo v Gradcu je vpisati mrtvorojene otroke, take, ki so toliko razviti, da bi bili zmožni živeti, v rojstno in mrliško knjigo, v obeh z opombo »mrtvorojen«. V statističnih izvlečkih iz matrik pa je take otroke vpisati samo v listo rojenih (obrazec B).

Matični izpiski za turške državljane. Glasom razpisa ministrstva za notranje zadeve z dne 29. aprila 1931, št. III. 13616, se morajo vsi slučaji smrti, ženitve oz. možitve in rojstev za vsakega poedinega turškega državljan, ki bi se dogodili na našem področju, prijaviti pristojnemu konzulatu turške republike.

Psalmi et Cantica, razložil (v letu 1915) dr. Anton Bonaventura Jeglič, škof ljubljanski, se dobe broširani (vseh 7 zvezkov skupaj) pri škofijskem ordinariatu za ceno 10 Din. Prezvzišeni gospod pisatelj je določil to nizko ceno zato, da bi si mogel vsak duhovnik nabaviti to prekornostno knjigo. Malenkostni znesek ne pokriva niti stroškov za papir, kaj šele trud in tisk.

Cerkveni molitvenik v manjši obliki se dobi pri škofijskem ordinariatu v trojni vezavi in sicer: v pegamoid rdeči (40 Din), pegamoid zlati (44 Din) in v usnje zlati (68 Din).

Tečaji duhovnih vaj v 3. četrtletju 1931: Za duhovnike: od 5. do 11. julija (petdnevne); od 20. do 29. julija (osemdnevne); od 3. do 7. avgusta; od 24. do 28. avgusta; od 14. do 18. septembra in od 21. do 25. septembra. Za inteligente: od 14. do 18. avgusta. Za abituriente: od 14. do 18. julija in od 1. do 5. septembra.

47.

Slovstvo.

Knjiga pestave. 45 govorov o božjih zapovedih. II. zvezek. V stolni cerkvi sv. Nikolaja v Ljubljani govoril stolni pridigar dr. Mihael Opek a. Založila prodajalna KTD (Ničman) v Ljubljani. Cena 22 Din, po pošti 1.50 Din več. — Drugi zvezek obsega četrto in peto božjo zapoved. Aktualna vsebina knjige bo dobro služila pridigarju za govore in vsakomur za vzpodbudno branje. Sledil bo še tretji zvezek teh govorov.

Napake v slovenskem izrazoslovju. Sestavil dr. Rudolf A n d r e j k a. V samozaložbi. — Pisatelj je na 47 straneh zbral izraze, ki kvarijo naš jezik ponajveč v frazeologiji, ki je vseskoz prepojena z neslovensko navlako, in povsod dodal, kako bi se to povedalo lepo po slovensko. Ker je delo skrbno sestavljeno in so ga pregledali tudi nekateri priznani strokovnjaki v poznanju slovenskega jezika, je knjižica dobra in bo vrlo služila vsakomur, ki mu je mar, da bi to, kar hoče izraziti, mogel povedati po slovensko. Knjižico priporočamo tudi župnim uradom, ker se zlasti ozira tudi na uradno izrazoslovje.

Kraljica vernih duš. Molitvenik z obrednikom in s premišljevanji za duše v vicah. Spisal prof. dr. Ivan T u l, spiritual v bogosl. semenišču v Gorici. V založbi: Libreria cattolica, Gorizia, Piazza Vittoria 11. Cena 10, 12, 16 Lir. — Premišljevanja so ponekod brali letos za šmarnice in so zelo ugajala. V ta namen bi se mogla knjižica porabiti tudi prihodnje leto.

Tudi prvi in drugi del molitvenika sta zelo porabna. V drugem delu so sv. maše za pokojne in obredne molitve za rajne. Priporočamo.

Sv. Anton Padovanski — čudodelnik. Molitvenik, priredil kanonik Alojzij Stroj. Založila Jugoslovanska knjigarna v Ljubljani, 1929. V platno vezan z rdečo obrezo stane 24 Din, platno zlata obreza 28 Din, usnje zlata obreza 48 Din, usnje bogato pozlačeno 52 Din. — Ob 700 letnici blažene smrti sv. Antona je prav in koristno, da se češčenje tega čudodelnika nanovo poživi. Ni ga svetnika, ki bi se mu v tolikih in tako raznovrstnih zadevah priporočali, kot je ravno sv. Anton Padovanski. Molitvenik obsega poleg življenjepisa tega svetnika tudi trinajst torkov v čast sv. Antonu Padovanskemu; tri svete maše, križev pot, spovedne in obhajilne molitve, prošnje k sv. Antonu v raznih potrebah in tri litanije. Vsem častilcem sv. Antona molitvenik toplo priporočamo.

48.

Škofijska kronika.

Umeščen je bil Gabriel Petrič, župnik v Zagradcu, dne 22. aprila 1931 na župnijo Gorje.

Podeljene so bile župnije: Zagradec Josipu Gnidovcu, župniku v Podlipi (umeščen dne 8. junija 1931), Sv. Ožbalta na Jezerskem Vinkotu Gostiši, kaplanu na Jesenicah (umeščen dne 10. junija 1931) in Raka Martinu Bukovcu, kaplanu v Mirni peči.

V kler ljubljanske škofije je bil sprejet Ivan Frankè, duhovnik goriške nadškofije.

Med izseljence v Francijo je šel pastirovat duhovnik Maksimilijan Goričar.

Za ekskurendo-upravitelja sta bila imenovana: Franc Lambert Ramšak, župni upravitelj na Vrhu sv. Treh kraljev, za župnijo Podlipa, in Vinko Gostiša, župnik pri Sv. Ožbaltu na Jezerskem, za župnijo Št. Andrej na Ravnem (Jezersko).

Imenovan je bil za honorarnega veroučitelja na drž. realni gimnaziji v Kranju Josip Žužek, katehet ondi.

Stalna pokojuina je dovoljena Francu Žužku, župniku v zač. pokouju in Francu Koželju, župniku v Zapogah.

Konkurzni izpit so dovršili: Matija Lamovšek, kaplan v Selcih nad Škofjo Loko, Franc Studen, kaplan v Kočevju in Ivan Tiringar, kaplan na Jesenicah.

Škofijski ordinariat v Ljubljani,

dne 13. junija 1931.

Vsebina: 33. Papeževa okrožnica »Casti connubiis«. — 34. O seksualni vzgoji. — 35. O rabi zvonov. — 36. Odpustek križ. pota za bolnike. — 37. Cerkevno praznovanje državnih praznikov in šolske maše. — 38. Služba božja pri podružnicah in ekspoziturah. — 39. Razglas o sprejemu v Zavod sv. Stanislava. — 40. Družba treznosti l. 1930. — 41. Vpisovanje rodbinskih imen v matice. — 42. Seznam zvonov v škofiji. — 43. Subdelegacija za poroko. — 44. Sprememba župnijskih mej. — 45. Duhovne vaje za duhovnike. — 46. Razne objave. — 47. Slovestvo. — 48. Škofijska kronika.

Izdajatelj: Škofijski ordinariat (Ignacij Nadrah). — Odgovorni urednik: Jože Jagodic.
Za Jugoslovansko tiskarno v Ljubljani: Karel Čeč.